



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

22.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

nes potest Religiosus crimen suum occultum Prælato manifestare, ergo etiam permittere, ut alius manifestet: sicut etiam posset, si jam famam suam apud Prælatum perdidisset. ita contra Lorcam & alios quosdam *Coninch: 2. secundæ disput: 28. dub. II. num: 197.*

22. Quamquam *Suar: 4. de Relig: lib. 10. cap: 12. num: 3. & 35.* disertè doceat, Religiosos etiam illarum Religionum solùm cedere juri suo, & consentire, ut eorum delicta deferantur Prælato ut Patri, non autem ut judici: cuius rationem adfert, *Sanch: libr. 6. Sum. cap. 18. num. 48.* quia in dubio præsumitur actus ita gestus, ut sit minus quoad fieri possit onerosus agenti, ut multis probat *Mench: de præsumpt: lib: 6. Tota præsumpt: 9.* & semper præsumitur gestus eo modo, quo agenti utilior esse possit. ut tradit *Barth: L. gerit. n. 21. ff. de acqui- sit: hered.* Cum verò in renunciatione illorum ordinum tantùm fiat mentio de denunciatione facienda superiori, neq; explicetur, an fiat ut Patri solùm, vel ut judici, explicanda est, ut fiat solùm ut Patri, quia ita utilior & minus onerosa est renuncianti.

X

23. Sed